



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

Titvlvs XXXVII. De Capellis Monachorum, & aliorum Religiosorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

Tridentini sess. 22. cap. 9. De reformat. habet Episcopus potestatem, etiam in his hospitalibus rationes exigendi, nisi aliter in fundatione cautum sit.

§. V.

De institutione novorum ordinum Religiosorum.

Sufficiebat quidem olim ad novum Sordinem instituendum, sola illius Diocesis Episcopi approbatio, in quo novus ordo talis instituebatur, ita ut postmodum, tacite saltem, à tota Ecclesia approbatus censei posset: post Conciliū tamen Lateranense sub Innocentio III. habitum, nulla amplius nova religio

institui potest, sine facultate, & approbatione Summi Pontificis a. Nenimia 9. h. t. c. Religionum. unico, eodem in 6. Clementi, Cum de quibusdam 1. eodem. Extravag. unica Joan. 22. eodem. ex quibus iuribus etiam habetur, quod non tantum approbatio talium novarum religionum, penes Summum Pontificem sit, tanquam rei summè arduæ, sed ordinum etiam quorumcunque extensio, irritatio, extinctio, suppressio, &c. cum plenum jus circa religiosos ordines disponendi Summo Pontifici, tanquam Pastori, & Superiori universali, pro bono Ecclesiæ vigilantī, competat.

T I T U L U S XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORUM, ET ALIORUM RELIGIOSORUM.

Capellarum nomine hic veniunt Ecclesiæ Parochiales unitæ, seu incorporate monasteriis, sive Ecclesiis regularibus; de quibus jura quidem antiqua statuunt, ut in illis cura erga populum Parochianum non exerceatur per Monachos, quorum status vitam solitariam loquitur, sed per sæcularem Clericum, ad præsentationem Monachorum ab Episcopo instituendum, administratur; qui plenè subit Episcopi jurisdictioni c. 1. h. t. hodiernotamen jure, si Ecclesia Parochialis pleno jure monasterio unita est, Vicarius etiam regularis, qui curam in ea administrat, constitui potest, examinandus tamen, & approbandus ab

Episcopo, nisi plenissimo jure Ecclesiæ talis monasterio unita esset, vel in litteris fundationis expressum sit, ut per sæcularem Clericum cura illius Ecclesiæ administraretur.

§. I.

An, & qualiter una Ecclesia non Cathedralis, possit vindicare sibi jus in alia Ecclesia?

EX hoc solo, quod Ecclesia aliqua; præsertim collegiata, aut conventualis, sit posita intra fines alicujus Parochiæ, aut pro Baptismo accipiendo mittere ad Ecclesiam Parochialem, suos infantēs debeant illarum Ecclesiarum sub-

diti, non reſtè infertur, illam Eccleſiam eſſe ſubjectam eidem Parochiæ, ſed ex eo potius, quòd Clericus, vel Religioſus illius Eccleſiæ, citatus, ad Capitulum, vel ſynodum Eccleſiæ Parochialis, ſpontè, & ultrò, tanquam obligatus, ſæpiùs acceſſerit, prout colligitur *ex c. Dilectus 2. h. e.*

re 3. & c. Ad audientiam 4. h. t. non debent Monachi ſolitarij verſari in parochiis, aut Eccleſiis Parochialibus ſubſtitutis, ſed ſocios habere debent, ut in monaſterium revocari: hodie tamen non tam ex juris hujus ordinatione, quam ex ſpecialibus privilegijs, & ſtatutis verſantur res hæc ordinari.

§. II.

De Monachis non ponendis ſolis in Prioratibus, & eorum ab illis revocatione.



EX ſtatuto Concilii Generalis Lateranenſis, prout referetur in *c. Ex par-*

TITVLVS XXXVIII. DE JURE PATRONATUS.

SECTIO I.

De definitione, & diſiſione juris patronatùs, & modis, quibus acquiritur.

§. I.

Quid, & quotuplex ſit jus patronatùs, & utrum ſit jus ſimpliciter ſpirituale, an verò potius temporale?

Jus patronatùs communiter definitur, quòd ſit, jus, ſive poteſtas nominandi, ſive preſentandi Clericum promovendum ad beneficium Eccleſiaſticum vacans: vel reſtitiùs, ut alii definiunt, eſt jus honorificum, oneroſum, & utile, competens alicui

in Eccleſia, quia de conſenſu Donatoris vel Prelati Eccleſiaſtici cum fundatoribus, conſtruxit, vel dotavit, ſeu ipſemet ipſo à quo cauſam accepit, nempe hæc patronatùs definitio ex dicendis magis patet.

Dividi autem ſolet jus patronatùs in Eccleſiaſticum, & ſæculare: Eccleſiaſticum eſt, quod Collegio alicui Eccleſiaſtico ſive perſonæ Eccleſiaſticae, nomine Eccleſiæ, dignitatis, aut beneficii Eccleſiaſtici competit, à cujuſcunque dominiq; bonis patrimonialibus, quæ ſive laici, originem duxerit. Sæculare, ſive Laicum, & Civile jus patronatùs eſt, quod univerſitati alicui, ſeu communitati, ſive Laica hæc ſit, ſive Eccleſiaſtica aut privatæ perſonæ, ſive Clerici, ſive Laici ſit, competit, eò quòd ex ſuo